

Σὺν τῷ Τελετμεγίσῳ!

DISPUTATIO PHYSICA,

de

V I S U,

Quam,

Cum Amplissimæ FACULT. PHILOSOPH.  
in almâ, ad auram, Academia, ap-  
probatione ac suffragio,

P R A E S I D E,  
VIRO AMPLISSIMO

DN. M. PETRO HAHN,  
Phys. Prof. Ordinario & Bibliothecario,  
Præceptore & Promotore jugiter  
suspiciendo.

*Piorum ac proborum censuræ in vicem pu-  
blici speciminis, modeste subjicit*

BENEDICTUS WJDĘGĘEN/  
Wex: Smol.

*In Auditorio Maximo,  
ad diem 28 Septembris,  
M. DC. XCV.*

---

A BOJE, Impr. apud Jo. WALLIUM.

REVERENDISSIMO AC AMPLIS-  
SIMO DOMINO,

DN. SAMUEL  
WIRÆNIO,

S. S. Theologiæ DOCTORI  
consummatissimo, Diœcœseos  
Wexionensis EPISCOPO emi-  
nentissimo, Consistorii Ecclesia-  
stici PRÆSIDI gravissimo,  
Gymnasii Regii, Scholarumq;  
INSPECTORI excellentissi-  
mo, Mæcenati, Evergetæ ac  
Promotori magno, humilima  
reverentiâ animique obsequio  
submisso ætatem de-  
venerando.

LONGAM ANNORUM SERIEM  
ET FELICIA QVÆVIS.

Studiis, quæ vires exercent  
animi, multa, Reverendissi-  
me Pater, præpedimen-  
ta objiciuntur, quæ si non plane  
à proposito abstrahunt, attamen  
remorantur, & vix optatam me-  
tam sine variis difficultatibus ali-  
quem attingere sinunt. De me hoc  
quidem asseverari potest, nam for-  
tem meam querimoniis amaris in-  
cusarem, quæ mihi in multis ab eo  
tempore quo studia artium tracta-  
re cœpi infensa fuit, nisi in primis  
singulare Dei auxilio adjutus, vires  
redintegrare subinde potuisset, ut  
vigilando, sudando, bene consulen-  
do, quibus mediis omnia alias pro-  
spere cadere solent, qualemcunque  
vitam meam transegerim. De cæ-  
tero meum ac Diogenis animum  
à mcerore abducit qui dixit: Extre-

mum in miseriis refugium spem esse,  
quam jam figo in Reverend: Patris  
benignissimo favore ac benevolen-  
tia, ut mihi ejusmodi portus sit in  
quem alii appulerunt, quin & tuto  
ac tranquille subfederunt. Et ut  
certiorem spem concipiā me in  
clientulorum numerum admisum  
iri, humilime peto Reverendiss: V:  
Amplitudo dignetur hoc munuscum  
lum chartaceum immaturi ingenii  
abortum in mitiorem partem reci-  
pere, & me clementi favore com-  
plecti, adjumentumq; subministrare  
mihi. Qui calidas effundam preces,  
ut Vestræ Ampl. Dignitas vivat, vi-  
vat inquam valeat, vigeat, floreat,

REVERENDISSIMÆ AMPLITUDINIS

*humilimus clientulus*  
BENED. Wijdegreen.

*Admodum Reverendis, Praclarissimis,  
Perquam Reverendis, Clarissimis  
DOMINIS,*

**ARCHI-PRÆPOSITO,**  
**Cæterisque Consistorii Ecclesiastici**  
**ASSESSORIBUS**  
**accuratissimis,**

*Et*

**Gymnasii inclyti Wexionensis**  
**LECTORIBUS**  
**Benè meritis,**

**Qvondam PRÆCEPTORIBUS**  
**fidelissimis.**

**Nunc PROMOTORIBUS**  
**indubitatisimis,**

**Submisso obsequi cultu jugiter**  
**venerandis.**

*ut*

Ut &

Speciosissimo, Reverendis & Humanissimis VIRIS,

Dn. GABRIELI Wijkman/  
Territorii Austroburgensis prætori  
adcuratissimo, Benefactori ac Fau-  
tori jugiter prosequendo.

Dn. PETRO ANGELSTADIO,  
Pastori Castrensi dignissimo, Fautori  
& amico singulari,

Dn. MAGNO LUNDELIO,  
V. D. Comministro in Angelstad &  
Lüngby fidelissimo, amico benevolo.

**M**irari haud erit usus, Promotores, Be-  
nefactores & Fautores propensissimi, quod  
spectatissima Vestra Nomina huic pa-  
rum etaborato specimini Academico presigere  
haud sim verius, non enim beneficiorum Ve-  
strorum multitudinem eo nomine compensa-  
rum iri, auctoravi, sed saltim animi mei gns-  
titudinem vobis ut facerem testationem. Quod  
ad me autem spectat, haud diffiteor me [po-  
bis,

bis, majora, quam expeditaveram, debere ma-  
joremque quam ut unquam sum solvendo, de-  
biturum; meum autem unicum potum fu-  
turum, ut gratias Vobis de me optime meritis  
possim referre. Hoc si impleverim, sufficienter  
habitetur sum. Quid autem ego ror ac tan-  
torum beneficiorum Vestrorum cumularissimus  
Vobis rependam, qui haud immerito dicere  
possum, quod ex beneficiorum Vestrorum Ocea-  
no, in me non rivuli, sed integra effluxerint  
maria, eā propterea animi subjectione, officioque  
quo par est oro atque obsecror, ut simul hoc  
meum donum literarum oculis Vestris modestè  
subjectum, animis benignis excipere haud gra-  
vemini. Et atque animum offerentis inspicere,  
meque eodem quo antea sveristi favore comple-  
ctamini. De cetero DEUM T. O. M. invocare  
nunquam desistam, quin Vas, Promotores, Pa-  
tronū, benefactores, Et fautores propensissimi  
una cum familiis Vestris Nobilissimis Et hono-  
ratissimis salvos Et incolumes in Nestoreos usq;  
annos ab omni malo protegat; Felicissimi  
Deoq; charissimi Valete Et favere.

Vestr. Dignitatum

devoto cultori

BENED. Wijdegreest,  
Auct. & Reip.

VIRO-JUVEN<sup>IS</sup>

Bonarum Artium Virtutumque Asse-  
clae indefessu,

Dn. BENEDICTO  
WYDĘGREN

DE VISU, egregiè disqvirenti,  
Commiliti & Amico ad-  
amando.

Pensiculas docto discurso, quomodo fiat  
VISIO, mi BENEDICIE, simul nativa  
videndi  
Exserit ut sese vis, certa per organa; quales  
& que sint Tunicae; Humores genuini ocu-  
lorum  
quot numerantur, abescripto monstrare  
polito.  
ex animo, hisce suis ausis ad gratulor atque  
opto, velit cæptis benedicere Rector Olympi!!!

L. M. q; quamvis occupatissimus  
accinebam

SIMON TÅLBD  
Met. & Log. Prof. Ord.  
P. P.



ADSPIRANTE JEHOVAH!

Ad eruditum ac benevolum Lectorem!

I, cum in amplissimum disputatorium campum expatiantur multi viri, etiam doctissimi, sape multa scrupulos sibi & sollicitudinē incutientia vereantur, quanto magis id mibi accidere autumas, qui, cum Philosophiam vix primis, ut ajunt, labris degustaverim, de intricata ac ardua materia in arenam disputatoriam descendere ausus sim. Qvod sane vix fecisset, si non prolixa eaque aeternis praconii detinentibus benignitas ejus, cui omnia mea debeo, me quase torpem exfusisset. Cujus ergo hortatio perpaucas, easdemque simplicissimas, de praestantissimo & quidem omnium sensuum extenorium nobilissimo pariter ac subtilissimo, Visu, Theses in apricum proferre animus est. Et cum Methodo, in opere sapientis nihil sit admirabilius, ut subtilitatum pronunciat Ma-

A

gi-

gister Scaliger, quæ non solum consulit memorie ad rerum faciliorum apprehensionem, ac promptiorem repetitionem; verum etiam intellectum maxime juvat, & judicium reddit acutius: ideo epoche logicae evolutione consultò hic omissa, utpote quæ admodum facilis est & vel curvis obvia, mox πραγματολογιαν adgrediemur. In cuius consideratione seqventia ordine tractabimus: primò, visus definitionem, secundò sensorium seu instrumentum, tertio objectum, quarto medium, & ultimo modum ejusdem, quantum tenelle ingenii vires permisent, indigitabimus; sit itaque in Nomine Domini.

## THESES I.

**Q**uae definitionem exhibet realem quâ visus seu aspectus (ut eum Ciceron vocat) Sperlingio describitur, sensus externus oculi beneficio lucis & coloris species recipiens & cognoscens: & Visio visibilium specierum in oculo ab animâ sentiente apprehensio.

## THES. II.

Ut visus omnium sensuum extenorū multis de causis longe est præstant-

Itantissimus, ita ~~αιωνίης ερ~~ ejusdem sensuum seu instrumentum oculus ex pluribus humoribus atque tunicis aliisque partibus mirabili artificio atque struturâ constat. Cujus extima tunica adnata dicitur quæ ceteras ambit & complectitur. Huic proxima est, quam cornream vocamus, quæ levis est & polita, ne species visibiles pravè deferat, quâ etiam humor aqueus in illam distensus, ne corrugata perperam transmittat species, detinetur. Hanc excipit uvea tunica, quæ in objecti distinctiorem animo perceptionem, penitiora oculi, obscura nigrore suo reddit, cui fenestella, quam pupillam dicimus, ineft, quæ figuram in homine circularem, in bove ovalem, in fele oblongam similem rimæ supernè descendantis habet. Hanc tunica, quam telam araneæ ob tenuitatem vocant, sequitur, quæ durior est nec non pellucida, principem partem oculi & præcipuum visus instrumentum, nempe humorem continens crystallinum, à figura & consistentiâ sic dictum, quoniam purissimæ glaciei ac

crystallo similis est, durus pellucidus &  
 omnis coloris expers, cuius pars ante-  
 rior, cui humor aquae innat, rotun-  
 ditate est lentis instar depressa: posterior  
 autem, quâ vitreo incubit, in conum  
 quasi assurgit; quo de humore crystallino  
 hunc in modū differit Sperlingius: humor  
*crystallinus corpus lucidum ac fulgidum est,*  
*interdiu minus, noctu magis conspicuum.* Hic  
*ipse humor lucidum præstat oculum, adeo ut*  
*ictus Flammæ instar micare soleat.* Crystal-  
 lino, inquit Laurentius, summus debetur ho-  
 mor, est enim quovis pretiosior, quavis gemmâ  
 illustrior; propterea anima oculi, specillum  
 interius, centrum oculi dici solet. Solus hic  
 & coloribus alteratur, visibiliumque spectra re-  
 cipit; hoc posito, ponitur facultas videndi;  
 reliquæ omnes partes, aut visionem conservant,  
 aut prestantiorem reddunt, huic tanquam  
 principi, quæ in oculo sunt, singulæ partes fa-  
 mulantur. Dantur etiam præterea in  
 nobilissimi hujus ac subtilissimi sensuum  
 visus organo, plures musculi majores  
 & minores; nec non nervus visorius  
 seu opticus. Et licet gemini animalibus

ā naturâ dati sint oculi, ut nimirum tanto celerius omni ex parte conspicere possint objecta, & deficiente altero, alter in subsidium venire queat, non duplex tamen inde exsurgit visio, nec objectum unum appetet geminum; nam etsi in utroque oculo rei visibilis sit perceptio, in oculis tamen de sensibilibus non sit judicium, sed duæ istæ impressiones, à duabus oculis venientes, in cerebri meditullio iterum uniuntur, ubi sensus communis refidens, de iisdem censet & judicat. Qui cum unicus sit, unicam fieri visionem certum est. conf: Dan. Hartn: Adm. phys. l. 8. c. 3. p. 542. seq.

## THES. III.

Atque hactenus de instrumento seu organo visus, supereft nunc ut *objectum* ejusdem paucis indigitemus, id quod opticis uno vocabulo *visibile* dicitur, quod per medium diaphanum indescindenter & velocissime è quolibet sui puncto radio recto & finito, in oculum vel quodlibet oppositi punctum radiat; estq; duplex vel per se seu proprium; vel

per accidens seu commune, qvorum *Hoc*  
 (ut de posteriore prius dicam) secun-  
 dum *Aristotelem* Quintuplex est: magni-  
 tudo, locus, motus, qvies, numerus.  
 Qvibus adduntur corporeitas, figurā,  
 pulcritudo, deformitas, lenitas, asperi-  
 tas, consimilitudo, diversitas, distantia,  
 seu remotio, situs, continuitas, separa-  
 tio, diaphanitas, densitas, umbra & ob-  
 scuritas; Quorum tamen priora & con-  
 tinentur sub magnitudine, media vero  
 quatuor sub loco, & ultima quatuor ad  
 lucem referuntur. Quæ ideo visibile  
 per accidens seu commune dicuntur,  
 quod per aliud, per lucem scilicet &  
 colorem radient, & pluribus sensibus  
 percipiuntur, ut magnitudo visu & tactu:  
 figura visu in luce & tactu in tenebris.  
*Illud* in se habet causam radiationis &  
 solo visu percipitur. Estque *lux & color*,  
 quorum *illa optica* dicitur *visibile* prima-  
 riū, per se, primò præcipueq; radians.  
 Physicis autem qualitas corporis lucidi,  
 qvā ipsum lucidum est & alia illuminat.  
 Seu ut quibusdam videtur, est pressio  
 seu

seu propensio ad motum, quæ est incor-pore lucente. Dicitur alias lumen, quod physici à luce, ut effectum à causa, quan-titatem transeuntem ab immanente, in-tentionalem & spiritalem à reali seu ma-teriali, illuminatum à lucido, utque a-ctum secundum à primo distinctum vo-lunt. Estque illis qualitas à luce & à ra-dio diffusa, & in latum effusa; Verum opticis fere pro synonymo lucis habe-tur. Atq; hæc, lux scilicet fere utramq;, ut dici solet, paginam facit ad visio-nem; utpote quæ medium perspicuum reddit & illustrat, cuiusq; beneficio, co-lores, qui visum movent, fiunt visibiles. Quod fieri non posset, nisi adsit lumen, qvod, licet non per se, ut Physici loqui amant, sed per accidens videatur, visum-que moveat; lucem tamen colorum po-tentiam in actum traducit, ut species suas per medium patens (quod etiam, ut inserviat visui, idoneum reddit) pro-pagent. Atque hinc est qvod dicatur actus non perspicui quatenus perspi-cuum, ut Aristoteli placet, sed colorum

quatenus videntur: pro cuius qualitate & recipiuntur & variantur colores, veluti sinaragdi color a lumine debiliore vertitur in nigredinem. *Color* autem opticis est visibile per se secundarium lucis ope radians; qui color dupliciter accipi solet: quandoque communiter & late, prout comprehendit ipsum lumen, atque sic solus objectum visus nominatur; aliquando proprie & adaequate, prout lumini contradistinguitur, quæ acceptio huius est loci, cuius sane natura & origo adeo difficilis est & intricata, ut ejusdem scrutinium tanto sit profundius, quanto magis ipse manifestus appareat. Antiqui hujus rei difficultatem advertentes, ita se habere mentem nostram ad colorem dixerunt, uti vespertilionum oculi ad claritatem lucis, id que vere; nescio utique an de aliâ re ulla tam acriter disputatum sit, quam de naturâ & formalî hujus rei. Sunt namq̄ qui dicunt: *in corporibus, quæ colorata videntur, non esse ipsos colores, qui videntur, sed eam duntaxat dispositionem, quæ radios*

radios luminis vel absorbet, vel diversimode ad  
 oculum reflectit, atque pro motus hujus va-  
 rietate subtilissima visus organa varie concus-  
 tit, sicque colorum sensum in nobis efficit;  
 adeo ut colores, prout corporibus tribuuntur,  
 nihil aliud sint, quam varii modi, quibus  
 corpora radios lucis recipiunt, & vel absor-  
 bent, vel ad oculos, insigne diversitate, re-  
 mittunt. Sunt item qui colorem dicunt  
 esse opaci corporis affectionem & lu-  
 cem opacam seu superficiem tantum.  
 Nonnulli colorem statuunt qualitatem  
 secundam sensu visibilem, ortam ex  
 temperamento primarum qualitatum.  
 Quidam putant colorem motivum ejus  
 esse, quod est actu perspicuum. Alii  
 autem asserunt colorem nihil aliud esse  
 quam qualitatem, ex varia salis sulphu-  
 risque mistione ortam, fundatam in  
 materia, ac visui per diaphanum illu-  
 stratum, repräsentantem rerum diffe-  
 rentias. Ipsi autem Sperlingio, est quali-  
 tas corporis misti orta à sulphure, ad rerum  
 differentias, oculis repräsentandas. Nos

autem, qvi colorem hic non plane absolute secundum suam naturam, sed quatenus visibilis est, consideramus; suam cuique sententiam modeste relinquimus, saltem ostendisse contenti, colorum esse objectum visus, lucis ope radians. Quo de objecto hunc in modum scite satis, ut solet, Sperlingius: *ad equatum inquit visus objectum non unum, sed geminum est.* *Visibile id dicitur, quod speciem suam perspicue inprimis & ad oculum transmittit, ut moveatur facultas.* *Præstat hoc color, præstat idem lux.* *Pariet coloratus speciem suam sparsis à se radiis per medium pellucidum oculo communicat, ut fiat visio.* *Lucidissima sydera, non minus suas spargunt species, per cælum & aërem, quæ recipiuntur ab oculo ut videantur.* Hic obiter notandum, quod, licet omnia, quæ sub visum cadunt, etiam species visibiles dicantur, propter communitatem prædicationis: speciesque visibiles prædicentur de omnibus, quæcunque cognoscuntur per

visum; non tamen omne corpus videatur. Dantur etenim corpora, quæ nec lucida, nec colorata, qvalia sunt aér & cœlum. Præterea omnia mundi corpora ad tres classes revocari possunt, aut enim lucida sunt, aut pellucida & diaphana, aut opaca. Nec prætereunda hic distinctio, quâ objecta visus secundum quosdam tripliciter dividuntur, primo in ea, quæ sub lumine alieno & colore proprio videntur, uti sunt omnia, quæ interdiu sub visum cadunt. Secundo ea, quæ contra, lumine proprio, sed colore alieno conspicuntur, eaq; tam nocte, quam interdiu, ut ignis. Tertio, quæ medio se habent modo, quæ interdiu lumine alieno scilicet solis, noctu vero lumine proprio, sed colore alieno, uti sunt cicindelæ seu lampyrides, *σελάχια*, atramentum sepiæ, putres quercus, aliaque ligna putrida, fungi capita, spinæ dorsales & squamæ quorundam piscium, oculi felium & urisorum, & quorundam denique cutis no-

Ete fulgens, & multa denique hujus generis alia, quæ circa potentiam visivam occurunt admiranda, noctu & in tenebris peculiari quodam fulgore micantia, nativum simul & proprium suum colorem occultando. sed de obiecto satis.

## THES. IV.

*Medium* autem quod objectum seu visibile inter & organum visus adsit oportet, corpus perspicuum atque pellucidum sit, omnino necessum est, per quod lumini transitus pateat ad oculum, diciturque alias diaphanum, pellucens, translucens, translucidum, transparens & interminatum ob radiorum penetrationem, quam admittit. Et est duplex *subtile* nihil densitatis habens, qvod suæ substantiæ raritate & tenuitate visum non terminat, sed radiis & speciebus visibilibus liberimum concedit transitum, uti cœlum, aër & ignis. Et *craffusculum* seu *impurius*, qvod cum perspicuitate aliquid den-

densitatis & opacitatis habet, visumque  
 terminat imperfecte. Estque vel natu-  
 rale, ut aqua limpida, crystallus, cornea  
 oculi tunica, humor crystallinus, tenues  
 pelliculae cepis, glacies & gemmae quæ-  
 dam. Vel artificiale ut vitrum, nitrum,  
 corneæ laminæ tenues, alumén. &c.  
 Qvod medium licet nec ipsum mutetur,  
 nec radios seu species transeuntes mu-  
 tet; hoc est, licet nec illud a speciebus vi-  
 sibilibus, nec hæ ab illo quicquam pa-  
 tiantur; interim tamen adeo visioni  
 est necessarium, ut sine illo, nullus co-  
 lor aut objectum visu percipi possit.  
 Hinc fit, quod, si coloratum pupillæ  
 oculi immediate imponatur, non vide-  
 atur, quia non intercedit legitimum  
 medium inter objectum & oculum,  
 quemadmodum facultas legendi im-  
 peditur penitus, si folium libri oculo  
 quam proxime admoveas, quia aér il-  
 luminatus & medium actu perspicuum  
 deest. nec possum præterire opinio-  
 nem Democriti, qui hoc medium per-

spis

spicuum & pellucidum ad visionem non modo non necessarium esse, verum etiam visum impedire putavit, quod atomis & minutis corpusculis sit repletum, ideoq; non necessarium statuit esse medium, per quod conspiciamus, dicendo: si spatium quod inter terram & astra interjacet, vacuum esset, fore ut accutissime cuncta visu perciperemus, & muscam in cœlo existentem, nobis conspicuam fore. Quæ tententia quam vera sit, ipse Aristoteles & quotidiana experientia satis docent, cum tantum absit, ut in vacuo, à quo natura abhorret, obiecti possit fieri affectio, & ob id aliquid in illo melius posse videri, ut certissimum sit, ne solem quidem ipsum hac ratione nobis adspectabilem fore. Sed de medio satis.

## THES. V.

Nunc *ad modum* visionis accedamus; qui speciei est visibilis in oculum receptio; quâ de re duæ celebriores extant

tant sententiæ, una *Senecæ*, *Platonis* & ceterorum opticorum atqui Philosophorum veterum ad *Aristotelem* usque. Qui visionem fieri voluerunt per radiorum, ab oculo emissionem ad objectum visivum. Altera *Aristotelis* & ejus sequacium, qui visionem per specierum visibilium intra pupillam immisionem & receptionem fieri statuerunt; quarum hæc priori est verior. Ad quam, ex voluntate & consilio Architecti sapientissimi, seqventia reqvirunt Physici: Primum corpus seu objectum, & coloratum quidem, nam color, ut dictum est, visus objectum est. Secundum *ενεργείας* quasdam immateriales, ab his in medium seu aërem luminosum, sine quo specierum visibilium propagatio & visio fieri nequit, diffundi. Tertium easdem colorum *ενεργείας* debere una cum speciebus magnitudinis, figuræ &c. oculos usque, in qvibus repræsentantur, continuata immutatione, pertingere. Quartum oculos, hac quasi incursione

& appulsione energiarum specierumq;  
visibilium naturaliter affectos, dictas  
species per tunicas, humores, &c. ( de  
qvibus supra in thesi 2 ) recipere & ad-  
prehendere. *Quæ mirabilis partium va-  
rietas non ( ut inquit Sperlingius ) ob emis-  
sionem, sed ob receptionem formata est.* Ut  
species per varia media & diaphana crebro  
refractæ, tandemque stabilitate, certà quadam  
commensurazione observentur. *Sicut in per-  
spicillis idem cernimus; ubi ob receptionem,*  
*nunc crassum, nunc rarum occurrit corpus.*  
Et demum quintum, sensionem harum  
specierum à sensu visivo, eandemque  
activam sive ἐνεργήσιν, hoc est, per  
receptionem, discretionem & judica-  
tionem, qvæ fit ab anima seu mente  
ipsa per sensum communem, idque in  
cerebri meditullio, in quo omnium  
nervorum est concursus. Ubi tanquam  
in Acropoli anima residens, videndi a-  
ctu, mediantibus spiritibus animali-  
bus dictisque & aliis causis organi-  
cis visionis, defungitur. Unde ergo  
fluit in actu visionis quædam esse, quæ  
mo-

mōvent visum, inque eum agunt, obje-  
ctum videlicet ejusque color & hujus  
*ἐνέργεια* deferens species visibiles, qua-  
rum beneficio objecta videntur, quæ-  
dam, quæ moventur, visus scilicet &  
oculus cum suis partibus; quædam i-  
tem, quibus ceu instrumentis, motio  
ista peragitur, utpote medium pellu-  
cidum, quod energiarum istarum co-  
loris instrumentum est. Quibus omni-  
bus bene dispositis recteq; se habentibus,  
non potest non commoda fieri visio  
& acuta. Sed manum de  
tabula.

SOLI D E O GLORIA!



B

*Peregrinatio*

Peregrinie & Ornatusse.

D<sup>N</sup>. B E N E D I C T E  
W I J D E G R E E N /  
Amice dilecte.

Qui rerum causas cognoscit, is est  
BENEDICTUS;  
At specimen præsens, sat, BENEDICTE,  
docet,  
Te VISUS causas novisse fideliter:  
Ergo,  
Tu BENEDICTUS eris. Quod voveo ex  
animo  
*Tuus semper*  
JOHAN. HELINUS.

---

VIRO JUVENI  
Literis & moribus conspicuo, Peregrinio,  
Dn. BENEDICTO Wijdegreen/  
Amico perdilecto.

Gratuler hocce tibi studium doctissimo  
Wijdegreen/  
Perlustrans oculum. visumque fidere fausto,  
Actio percelebris sed digna & laude perenni.  
Comprecor ac voveo tibi præst pronia Minerva,

Ut deceat scandas & pinguis premia tollas.  
Votum quo possis condigne implere parentis.  
Vivito virtutis, Wijdegreen pietatis alumnus,  
Fructus melliferos capito sudoris abunde  
Nestoris incolumis posthac attingito menses  
Sic Benedico tibi, Benedictus oves Benedicte!

QVoD. aniMItUs tibi VULt aG  
VoVet VerUls patriota,  
Alumnus Regius  
MATTHIAS Weeckelman/  
Wex. Smol.

## Eruditæ de VISU Dissertationi

VIRI JUVENIS

Præstantissimi ac ingenii dotibus felicissimi

DN. BENEDICTI Wijdegreen/  
Amici Eximie dilecti,

Ovia ceruleis norunt cognoscere ocellis  
Confestim infantes inhianes peclore lucis.  
Ast rite occultas rerum didicisse rationes  
Ingenii rari est, aeris pariterque sagacis.  
Hinc jam Respondens solers dum cuspide acuta  
Secreta exquiris Visus penetralia scire,  
Conspicuus vere noctesque diesque manebis.  
Quod nunc Votorum summa est; Vale candide  
amice.

Hilce paucissimis adplausit  
DANIEL STECKSENIUS,  
W-Botb.

*Ad eundem*

## APPLAUSUS

**C**urrus, dum rutilos & eqvos sol axe retorqvit  
Fert oculis svavem motum gratissima cœlio  
Virtus, cui duram voluisti impendere curam  
Cognite longo usu: qvod nunc & prodis aperto  
Indicio, dum materiam doctam ordine pandis  
Insignem & tentas occultas promere causas  
Ingenitas, quas admittunt ad limen, ocelli  
arcis agentes excubias, tum ædificati  
Mirifice quam sint ardentes Syderis instar;  
Et sensus alios superant splendore corusco  
Hæc & qvod reliquū sunt docta scripta Minervā,  
Propositum urge igitur, ne spe fallente labores  
Sed valeas faustam cursu contingere metam,

*Sic amico suo intime vovet*  
**OLAUS JUNHOLM, Smol.**

**D**um mentem retegisti mihi Praeceptor amæde,  
Quod specimen velles doctrinæ emittere  
prompte,

Non potui mea quin brevibus tibi gaudia tester:  
Euge bonis avibus cedant molimina quæque  
Numinis in laudem, Propriumq; Decuq; Salutem  
Affectu quam verbis prolixior præ-  
ceptoris suo fidelissimo gratula-  
bundus dixit

**HENRICUS CORELIUS Ab.**



MS RV 55 84